



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia Olim
Primarij Theologiae Professoris emeriti, Opvs De Triplici
Virtute Theologica, Fide, Spe, Et ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1622

Disputatio 24. Ad quos extendantur poenae hæreticorum ob coniunctionem
cum illis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93448)

ritatem tradendo hereticos brachio seculari, quia ipsi non conueniunt ad mortem, nec exequantur illam, & ideo in dicto Cap. Nouimus, monentur, vt peccant à iudicibus laicis, vt benigne cum eis se gerant, quantum iustitia permiserit. De qua cautione, & quomodo talis irregularitas viterur dixi late in eodem tom. 5. disp. 67. sect. 1. circa finem. Tertium est, de relapsis, & dogmatizantibus, si verè pœnitentes sint, non esse deneganda ante mortem. Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ quantum commodè fieri possit: ita enim sauetur in Cap. Super eo, de Hæreticis in 6. nam licet de relapsis in particulari loquatur, tamen ex identitate rationis ad omnes verè pœnitentes extenditur.

13. Quinto dicendum est, hæreticum non relapsu, qui ante sententiam sponte conueritur, & verè pœnitentem se ostendit, non esse pœna mortis damnandum, seu brachio seculari tradendum, sed post aburationem, & oblatam satisfactionem cum aliqua conuenienti pœna, vel pœnitentia, esse suscipiendum, & reconciliandum. Hæc assertio non habet magnum fundamentum in iure ciuili, quod mirum non est, quia cura salutis animarum, & reconciliatio peccatorum ad potestatem laicam non pertinet: nihilominus iuuat lex 4. de Hæreticis, quatenus in ea Theodosius dicit: *veniam pœnitentibus damus*. Iuuat etiam lex Friderici, *Inconsuetum*, quatenus solos pertinaces iubet cremari: At verò iura Canonica hoc expresse disponunt in dicto Cap. *Ad abolendam*, de Hæreticis, & Cap. *Vt Officium*, cum aliis eodem in sexto. Fuitque hæc perpetua consuetudo, & traditio Ecclesiæ, vt constat ex Concilio Nicæno cap. 8. & Concilio Elibert. Can. 25. & Concilio Agathen. sub Symacho Can. 60. & Concilio Arelaten. cap. 9. & aliis quæ adducit Farinac. quæst. illa 192. num. 2. Ratio verò est, quia Christus, & eius Ecclesia non claudigremium redeuntibus ad se, vt in Cap. *Nullus de Pœnitent. distinct. 7*. Quia Ecclesia magis querit salutem animarum, quam vindictam delictorum, ideoque non vitur his pœnis tantum, vt vindicatiui, sed etiam, vt medicinalibus, vnde quando remissio mortis aliis non nocet, & delinquenti potest ad salutem animæ prodesse, illam libenter concedit.

14. Difficultas verò est, quando, & quomodo hæc remissio locum habeat. In qua breuiter distinguenda est duplex conuersio heretici, vna est omnino spontanea, nimirum, quando ipse se accusat priusquam denuntietur, vel lis contra illum moueatur, & tunc facta ab iuratione, vel occultâ, si occultum fuerit delictum, vel publicâ, si alicubi fuerit publicum, recipiendus est sine vlla graui pœnâ, saluari tamen pœnitentia imposta. Hoc satis constat ex supra dictis, & docet Simanc. tit. 47. num. 17. & sequentibus, & Rojas singular. 154. Videri etiam potest Penha 2. part. Directorij Commentar. 65. & Farinac. quæst. 195. à num. 80. Alia est conuersio, quæ ab aliqua coactione incipit, vtrique post denuntiationem factam, & ex metu pœnæ, & in hac distinguendi sunt tres status. Primus est post denuntiationem, & antequam reus sit conuictus per testes. Et tunc sine vlla dubitatione est recipiendus, adhibita aliqua pœna prudenti arbitrio Inquisitorum, & iuxta instructiones suas, nam de hac pœna ius commune non habemus: erit tamen maior, vel minor, iuxta maiorem, vel minorem celeritatem in conuersione, & maiora, vel minora pœnitentiæ signa.

15. Secundus status est post testium depositiones, & ante sententiam, & tunc etiam omnes conueniunt, esse recipiendum reum, & pœnam mortis in pœnam perpetui carceris esse commutandam: ita enim præscribitur in l. *Commisit*, Friderici, & clarius in Cap. *Excommunicamus* 2. §. *Si qui*,

& in dicto Cap. *Vt Officium*, & in Cap. *Accusatus*. Aliqui tamen dubitant, an hæc remissio habeat locum, quando hæreticus prius fuit nimis pertinax, & sæpè protestatus est, ab erroribus suis non esse discessurum. Ita dubitat Rojas in tractatu 2. part. num. 374. Nihilominus Albericus quæst. 30. num. 79. simpliciter affirmat esse recipiendum. & mihi videtur verum, adhibita prudenti animaduersione dicti Cap. *Vt Officium*, vt prouideatur solerter, ne fraudulenta sit conuersio. An verò in eo casu degradandus sit clericus, priusquam immuretur, & an immuratio sit eadem pœna cum carcere perpetuo tractant Emericus 3. part. q. 94. & Penha comment. 46. Farinac. supra q. 166. num. 13.

16. Tertius status est post latam sententiam, & tunc sunt opiniones inter Iuristas, vt videre est in sus. Farinac. supra quæstione 193. à numero 56. Nam Simanc. supra negat, admittit tamen aliquam exceptionem, vel arbitrium, & inclinat Penha dicto commentar. 46. & 2. part. comment. 36. allegando alios, & multum fauet Cap. *Ad abolendam*, & Cap. *Camofficium*. Alij verò tenent contrarium, Glossa in dicto Cap. *Excommunicamus* 2. §. *Sequitur*, quam multi ibi sequuntur, & ex misericordia fieri posse affirmat Emericus 3. part. num. 201. & Villadiego quæst. 15. & Rojas singular. 21. 154. Sed re vera prima opinio in rigore iuris videtur solidior. Nihilominus tamen in aliquo raro casu, & propter graues circumstantias non videtur denegandum iudicibus prudens arbitrium, quia ita expedit ad commune bonum, neq. est lex, quæ prohibeat, imò etiam in vltima seruari exitimo.

17. Vltimo potest ex dictis colligi, quid de aliis pœnis circa mortem dicendum sit: nam aliz pœnæ corporales non imponuntur, nisi quasi in commutationem pœnæ mortis. Et hoc modo solum inuenimus in iure pœnam perpetui carceris, de qua iam dixi, & videri potest Farinac. citata quæst. 193. à num. 101. Solum aduerto, olim magis fuisse in consuetudine pœnam exilij, vt constat ex dictis legibus ciuilibus, & ex Conciliis antiquis allegatis supra disp. 20. section. 3. & aliis scriptoribus apud eundem Farinac. à num. 80. Postea verò magis accommodata visa est pœna carceris perpetui, & merito: nam in exilio poterant hæretici, & liberiùs redire ad vomitum, & aliis nocere, ab utroque autem præseruantur in carcere. Aliz verò pœnæ sunt arbitrariz, & ideo nihil est, quod de illis dicamus. Solum cæteris pœnis addi potest habitus pœnitentiæ crucibus insignitus, quem hæretici pœnitentes pœnitentia coguntur supra vestes gestare: nam hæc pœna ad corporales reduci potest, vel etiam ad infamiam, quauis etiam propter satisfactionem, & humiliationem propriam, & in aliorum exemplum, & terrorem imponatur, estque vsu, & instructione sancti Officij introducta, quauis in iure non habeatur. Et de illa videri possunt Zanquini in cap. 20. Rojas singular. 154. Penha in 3. part. comment. 42. & 44. Farinac. proxime citatus à num. 91.

DISPUTATIO XXIV.

De personis, ad quas extenduntur pœnæ hereticorum propter coniunctionem cum illis.

Personæ hereticorum pœnas participantes quædam sunt conuenientes cum illis in eodem genere delicti, & modi personarum.

propterea dicuntur socij, seu complices exercentes cum illis easdem sacrilegas actiones, & cum eis in eisdem erroribus consentientes, suntque propriè heretici, & ita easdem pœnas incurrunt, ideoque nihil de illis dicendum superest præter pauca, quæ de credentibus statim adiciemus.

Gg 4

Alij

2. Alij participant poenas, quia iuvant hereticos, quatenus ipsi vera heretici non sint, vel non sub ea ratione considerentur, & generali nomine dici possunt fautores hereticorum, ut mox declarabimus. Alij vero licet heretici non probentur, neque fortasse fautores, sunt tamen suspecti, & quatenus hinc suspicioni occasionem dederunt, aliquam poenam merentur. In quarto vero gradu sunt, qui propter quandam coniunctionem cum hereticis non in culpa, sed in aliquo naturali vinculo, eorum poenas participant, ut filij, vel nepotes hereticorum. Et de his tribus ultimis generibus personarum breviter dicendum est.

SECTION I.

Virum Complices hereticorum parvis eorum afficiantur, & quoniam isti sint.

Hi complices quadrupliciter nominantur in iure.

Quatuor nominibus solent in iure significari hi complices, quando poenae contra illos feruntur: vocantur, scilicet, *Credentes*, *Receptatores*, *Defensores*, & *Fautores*, ut videre licet in cap. *Excommunicamus*, 1. & 2. & cap. *Quicumque* cum aliis extra de *Heret.* & capite *Ut officium capite. Accusatus*, cum aliis eodem titulo in sexto, & in Bulla *Cœnz*. Et ita de illis late tractant Expositores iuris in locis citatis, & qui exponunt Bullam *Cœnz*, ut Caietan. in *Sum. verb. Excommunicatio*, & alij Summistæ, vel ibi, vel in verbo *Heretis*, & Nauarr. cap. 27. à num. 55. Vgolin. Sayrus, & alij circa Bullam, & in præsentia materia Reportorium Inquisitorum verb. *Credentes*, & in cæteris, & similiter Rojas in suis singularibus, & Simanc. in *Summ. titulo 15. Zanquin. de Heret. capit. 3.* & Castro libro 1. de *lusa heret. puni. cap. 17.* Azor tom. 1. lib. 8. capite 15. & Sancius lib. 2. in *Dialog. capite 10.* & latius cæteris Penha cum Eymérico in *Director. 2. p. q. 50.* cum sequentibus, & in commentariis circa illam, Farinac. de *heret. tora quæst. 182.* Primò ergo quia de credentibus aliqua in superioribus diximus, & in rigore non habent specialem materiam, idè ut illos expellamus, aduertendum est, nomen, *Credentes*, posse vel ad intellectum, vel ad voluntatem referri: nam potest derivari à verbo *credendi*, prout significat assentiri, vel ab eodem ut significat confidere, ita ut idem sit, quod confidentes. Quam distinctionem, licet aliis verbis, indicat Eymericus supra, & nonnulli alij: si ergo credentes dicantur priori modo, ut re vera de illis loquuntur prædicta iura, & c. Si aduersus, de *Heret.* & *Authentic. Credentes*, C. de *Heret. approbata* in dict. cap. *Inquisitionis*, sic credentes veri heretici sunt, ut expresse dicitur in dict. cap. *Excommunicamus*. 2. Paragr. *Si qui*, idè quæ si exteriori suam credulitatem professi sunt, eandem poenas merentur. Quod verum est, siue explicitè, seu in particulari eisdem errores credant, siue implicitè, & in generali credant, quod docet Caluinus V. g. vel eius minister, quod propriè per illam vocem significati, multi cum Paludano voluerunt, ut suprà tetigi, & ad præsens nihil refert, quia hoc satis est ad propriam hæresim. Quapropter de his credentibus sub hac ratione nihil est, quod dicamus.

2. At verò credentes secundò modo dicuntur, qui cum hereticis nimiam amicitiam, vel familiaritatem habent, & quavis cum illis non consentiant in doctrina, tamen in cæteris rebus confidenter cum illis tractant. Et de credentibus, sub hac ratione, nihil inuenio in iure dispositum, & idè præcise sistendo in hoc genere confidentis, nullæ poenæ his credentibus inveniuntur impositæ. Dico autem, *In hoc præcise sistendo*, quia nulla familiaritas redundet in fauorem heretici, ut hereticus est, iam ille non erit tantum credens, sed fautor, & sub illa ra-

tione poenae incurrer, ut notavi in tom. 5. disp. 4. sect. 2. nu. 11. & disp. 21. sect. 2. nu. 7. & sequitur Sancius supra n. 3.

3. Denique aduertendum est, hos credentes solere etiam vocari ad discipulos, esseque in duplii genere, quidam enim sunt qui audiunt doctrinam hereticorum, & illi etiam consentiunt, ac tales sunt propriissimè credentes, ac veri heretici, & ita easdem poenas incurrunt. Quod extendendum censo etiam ad illos, qui licet nondum assentiunt erroribus, eo tamen animo ad audiendum accedunt, ut parati sint credere, si rationes, vel motiva heretici placeant, quia qui sic accedit, iam dubius de sua fide est, & idè iam est hereticus iuxta superius d. disputatione 19. sect. 4. à numero 10. & consequenter si dubitationem suam exteriori prodidit, etiam quoad poenas hereticus erit, ut superius etiam dictum est. Alij verò sunt non tam addiscientes, quam audientes disputationes vel conciones hereticorum, curiositatis gratia, vel propter alium respectum temporalem: hi re vera non sunt credentes, neque in iure inuenio poenas contra illos positas. An verò in hoc peccent, iudicandum est ex supra dictis de communicatione cum hereticis: nam illa re vera quædam communicatio est. Et si hereticus sit nominatim declaratus, erit speciale peccatum, propter participationem cum excommunicato. Si verò non sit declaratus, esse poterit peccatum vel ratione proprii periculi, vel ratione scandalii aliorum, vel ratione alicuius cooperationis in ritibus superstitionis, vel etiam si fortè redundet in fauorem. Dubitant autem Doctores, an præsumptione iuris, vel facti isti censentur credentes, & an sufficiat semel, aut bis audire, ut credens præsumatur aliquis. Veruntamen hoc ad forum conscientiarum pertinet, quia non ex præsumptione, sed ex veritate in eo fertur iudicium: in foro autem externo prudenter sunt circumstantiæ loci, personæ, & c. considerandæ, & sic existimo non sufficere vnam, vel alteram auditionem, sed plures regulariter requiri. De quo videri potest Penha supra, & Campesius in additionibus ad Zanquin. dicto c. 3.

4. Circa tres voces, quæ sunt, *Receptatores*, *Defensores*, & *Fautores*, aduerto in primis, non esse omnino condistinctas, sed differre vt speciales, & generales, magis, vel minus, quod in duabus ultimis notarunt Vgolin. & Sancius supra: idem autem de prima dicendum esse existimo, quod patebit, singulas explicando. *Receptor* ergo dicitur ab speciali actione recipiendi hereticum ut hereticum in hospitium, habitationem, vel locum. Est autem in ea voce in primis aduertendum, quod licet vox *Receptatores*, in rigore frequentatiua videatur, & idè existimari possit, plures actus esse necessarios, ut aliquis *Receptor* dicatur, nihilominus ex communi omnium sententia illa vox sumpta est in simplici significatione ad significandum hospitio recipientem hereticum: nam sicut vnus actus hæresis ad constituendum hereticum sufficit, ita vnus actus recipiendi constituit hominem receptatorem. Addidi verò, necessarium esse, ut recipiat hereticum, ut hereticus est, quia si recipiat ut amicum, consanguineum, vel proximum indigentem, & id non sufficit, ut quispiam receptor dicatur. Quapropter hoc crimen receptoris in hoc consistit, quod per receptionem hereticus vel occultetur, & custodiatur, ne in manus ministrorum Ecclesiæ veniat, vel iuuetur, ut fugiat, vel recipiat ut in domo, vel in ciuitate, aut prouincia securè viuat in suo errore, vel illum doceat. Vnde sit, ut non solum priuata persona sic recipiendo in domum suam, in hoc crimen incidat, sed etiam gubernator recipiendo in ciuitate, & Princeps recipiendo in regno suo, & sic de aliis, in quibus omnibus conueniunt autho-

Credentes dici etiam solent ad discipulos in duplii modo.

An hic 2. modus recipiat aliquando in puncto.

De 1. voce receptatores. Dicitur a. quod sit quod sit posterior, co. videri in significatione.

Præterea mutatur.

authores supra allegati, & ex proprietate verbi, & identitate rationis sunt manifesta.

11. voce
defensores.

defensio
personarum.

defensio
doctrinae.

De 4. voce
fauores.

Inter com-
municato.

Inter omni-
bus.

5. Cum eadem proportionem explicandum est de-
lictum *Defensorum*. nam per vnum etiam actum com-
mitti potest, & ita idem est *Defensor*, quod defen-
dens: non est enim necesse, vt quasi ex consuetudi-
ne, & officio id faciat, sed satis est, quod hereticum
defendat. Oportet autem vt defensor redundet in
heresim, duplex enim esse potest hęc defensio,
(vt notant Doctores relati à Farinacio, citata quæ-
stione 182. numero 63.) vna personarum, alia doctri-
narum. Ad priorem non satis est quomocunque
defendere personam: nam si defendatur, ne oc-
cidatur ab iniuste inuadente, vel ne spoliatur à
latrone, non incurratur hoc crimen, quia illud non
est defendere hereticum, sed proximum. Tunc
ergo defendatur hereticus propriè, si armis de-
fendatur, ne à ministris iustitiarum capiatur, vel si in
iudicio iuuetur patrocinio, quando constet, ip-
sum esse hereticum, vel etiam si intercessionem, vel
muneribus, aut alio simili modo defendatur. Al-
tera verò defensio doctrinarum magis directè, & per se
est defensio heretici, vt hereticus est. Fit autem
hęc defensio vel laudando doctrinam, vtique in
particulari illam, quæ est contraria fidei: nam si
laudet quis eruditionem, eloquentiam, vel inge-
nium heretici, tunc non erit propriè defensor,
quauis timere debeat, ne sit fautor (vt sic dicam.)
Magis autem fit hęc defensio disputando pro heretico,
vel ad obiectionem contra illum respondendo.
Neque obstat, quod hęc fiant animo heretico:
nam tunc licet ille sub vna ratione sit hereticus: sub
alia erit etiam heretici defensor: è contrario quan-
uis id non faciat animo heretico, seu ex interna he-
resi, & idèd non sit propriè hereticus, nihilominus
esse poterit heretici defensor, quia ad hoc non est
necessaria heresis interna. Ex quibus tandem in-
telligi potest, quod supra dixi, hęc duo comparari
vt superius, & inferius: nam omnis receptor vera
est defensor, quia hospitio defendit hereti-
cum, ne capiatur V.g.; è contrario verò non omnis
defensor est receptor, quia defensio multis aliis
modis fieri potest.

6. *Fauor* autem nomen generalius est, & præ-
dicta duo comprehendit: nam qui recipit, & de-
fendit, satis fauet. Sunt autem multi alij modi fa-
uendi hereticis, & quilibet eorum sufficit ad fau-
torem constituendum, dummodo fauor præstetur
cum aliqua habitudine ad heresim, vt in aliis expli-
catum est. Generatim autem loquendo, duo sunt
modi fauendi heretico, scilicet committendo, &
aliquid faciundo; vel omittendo aliquid facere.
Prior modus facillimè explicatur, præstatur enim
fauor, vel consilio, vel testimonio, & aliis simili-
bus verbis, vel rebus, vt pecuniis, armis &c. quic-
quid enim horum fiat ad fauendum heretico
in suo errore, vel ad defendendum ipsum ab Eccle-
siæ correctione, est positius fauor. Qui (quod
notandum est) etiam ad hereticum iam defunctum,
vel emendatum extendi potest: priori enim modo
est fautor heretici, qui scienter sepelit illum in loco
sacro, & communiter docent Doctores, quos refert,
& sequitur Vgolin. de Censur. Papæ referuat. capi-
te primo §. *Fauores* numero 18. Farinac. de heresi
quæstione 192. à numero 38. Posteriori modo erit
fautor, qui fauet homini iam reconciliato, ne pro-
pter heresim, quam prius commisit, iuste punia-
tur, quia tunc re vera fauet illi vt heretico, vt idem
author notat, & sequitur Sanci. supra. Omisiuè
autem censetur fauere, qui omittit facere, quod te-
netur, vt hereticus puniatur, vel ab errore cesset.
Ita docent omnes iuxta caput *Error*. 83. distinctio-
ne, & caput. *Qui alios*, de Hereticis. Hic autem
modus fauendi supponit obligationem puniendi,
vel similem, quia non est omisio moralis, nisi de

his, quæ faceret tenemur. Imò necessaria est obli-
gatio, quæ aliquo modo sit iustitia, seu ex officio
impediendi, vel tollendi hereses, & sic erit fautor
omnis minister Inquisitionis omittens cooperari,
prout tenetur, ne hereticus puniatur, vel capia-
tur: item iudex secularis non puniens hereti-
cum sibi traditum, & testis non deponens contra
hereticum, cum iuste interrogatur, & quilibet
non denuntians, cum iubetur, & obligatur. De
quibus omnibus videri possunt auctores supra cita-
ti, & præsertim Zanquin. capite quinto, & Penha
secunda parte commentar. 2. & 3. parte comment.
78. Farinac. dicta quæstione 182. à numero decimo
quinto.

7. Duo verò circa hos omnes, quos fautorum
nomine comprehendimus, supersunt explicanda
vnum circa culpam: aliud circa penas. Circa
culpam est dubium, quæ intentio necessaria sit,
vt verè committatur, quod quidem dubium ali-
quo modo ex speculatione pendet, multum tamen
ad mores refert. Diximus enim necessarium esse,
vt fauor præstetur heretico, vt hereticus est, quod
multis modis fieri potest. Primò ex intentione
formali, scilicet, vt in sua heresi perseueret, vel
vt illam seminet, aut aliquid simile. Secundò fie-
ri potest, volendo dare fauorem heretico, qui præ-
uidetur redundaturus in fauorem heresis, quauis
id non formaliter intendatur. Est ergo dubium,
an prior modus sit necessarius, vel secundus suffi-
ciat.

Dub. 1. an
culpa fauto-
rum heretici
requirit in-
tendit fau-
orem, an satis
sit illud præ-
uideri.

8. Prima opinio dicit, non requiri intentionem
formalem fauendi heretico, quia hereticus est,
sed sufficere velle illi dare fauorem redundantem
contra negotium fidei, & destructionem heresis,
quauis id fiat ex affectu aliquo humano, aut tem-
porali, vt consanguinitatis, amicitiae, vel etiam
cupiditatis, & auaritiæ. Ita tenet Tolet. in sum-
ma, libro primo, capite decimo nono, Paragr. *opor-
tet*, & sequitur Vgolin. de Censur. Papæ referuat. se-
cunda parte, capite primo, verbo, *Receptatores*, in
principio, numero 2. & §. 1. numero 3. & Sayrus in
Thesaur. tomo primo, libro tertio, capite quin-
to, numero tertio. Farinac. cum aliis quæstione
182. numero 132. Fundamentum statim afferam.
Contrariam sententiam tenet Sanch. dicto capite
decimo, numero quinto. putat enim ad hoc deli-
ctum requiri formalem intentionem priori modo
explicatam, quia sine illa non putat esse fauorem
heretici, vt hereticus est. Quod tamen necessa-
rium est, vt colligitur ex capite *Accusatus*, Paragr.
Sacerdotes, de Heret. ibi. *Cum non sit dubium, eos ipsa
facere in fauorem heretica prauitatis*: ergo hoc necessa-
rium est, & ita etiam reliqui omnes doctores docent.
Vnde Sanci. plures illorum in suam sententiam in-
ducit, & inter alios etiam me ipsum in tomo 5. ter-
tiæ partis, disputatione vigesima septima, sectione
secunda, numero octauo, & præcipue videtur faue-
re Nauarr. dicto capite vigesimo septimo, numero
55, dicit enim oportere, vt fiat eo respectu, quo sunt
heretici, quod clarius videtur ita exponere consil.
decimo quarto, de Hereticis, numero quarto. Fa-
uere etiam Simancas dicto titulo decimo quinto,
numero vigesimo primo, & Azor dicto capite de-
cimo quinto, quæstione quarta, & quinta, quatenus
dicunt, eum, qui recepat consanguineum, quia Pa-
ter, vel frater est, vel non esse puniendum, vel leuissi-
mè, quod est consentaneum legi secundæ, ff. de Re-
ceptoribus, quam propterea in fauorem suæ opi-
nionis Sanci. inducit.

1. Opinio;

2. Opinio
contraria.

9. Sed nihilominus existimo priorem sententiam
rectè explicatam veram esse: nam hęc duo, *velle fa-
uere heretico, vt hereticus est*, aut *velle fauere quia hereti-
cus est*, seu ex intentione formali fauendi heresi,
sunt valde distincta, & licet primum requiratur,
non tamen secundum. Quod distinguantur, expli-
cari,

Prior opinio
rectè expli-
cata proba-
tur.

cari potest modo dialectico, quia cum dicitur fauor hz: etici, vt hereticus est, il a particula *vt*, potest sumi specificatiue, & reduplicatiue. Priori modo nihil aliud significat, nisi quod voluntas terminetur ad fauorem hz: etici, ita vt illud sit quasi obiectum volitum, quod esse potest, etiam si fauor hz: eticis non sit ratio volendi. Posteriori autem modo significat causam, & motiuium volendi. Dico ergo, primum sufficere ad hoc genus peccati, licet posterior modus peccandi grauior sit. Hoc posterius non indiget probatione: primum autem, in quo est controuersia, probatur primò, quia omnes authores non amplius requirunt, neque ego in allegato loco plus dixi. Neque etiam Pontifex aliud affirmat in dicto §. *Sacerdotes*, imò illa verba probant contrarium, quia ostendunt satis esse velle fauere hz: eticis prauitati, quauis motiuium illius voluntatis non sit affectus ad hz: etisim, vel odium fidei: sed aliquod temporale. Secundò ita videtur exponere aperte Martinus V. in Bulla contra Vicleph. in fine Concil. Constantien. vbi hos fautores damnat, etiam si id faciant ex affectu consanguinitatis. Tertiò idem probat dicta lex 2. nam licet dicat, receptantes consanguineos ex naturali affectu, mitius esse puniendos: nihilominus supponit esse puniendos, ac proinde committere culpam receptatorum, quæ culpa eiusdem speciei est, etiam si intra illam sit minus grauis. Quartò hæc est ratio à priori huius sententiae: quia iura puniunt committentes hanc culpam, & non distinguunt intentionem, qua committitur: ergo nec nobis licet distinguere, cum talis distinctio neque alio iure, neque efficaciter nitatur, & alioqui absoluta intelligentia magis cedat in fauorem fidei, quem iura intendunt. Denique confirmatur exemplis: nam qui non denuntiat fratrem ex affectu sanguinis, quando tenetur, peccat, & consequenter fautor est, vt supra dixi. Similiter testis in negotio fidei negans veritatem, quam dicere tenetur propter pecuniam, fautor est, quauis formaliter non intendat id facere propter fauorem hz: etisim, sed propter lucrum: & similia possunt afferri multa: & ex iure induci potest, quod dicitur in cap. *Commissi*, de Hz: et. in 6. conferentem, vel præsentantem ad beneficium cognitum hz: eticis, puniri vt fauorem, nam sine dubio poenam incurrit, etiam si id faciat ex affectu sanguinis. De quo videri potest Penha 3. parte comment. 162. Idem est de recipiente beneficium ab hz: etico cognito, vel ad preces illius, quauis id tantum faciat ex cupiditate beneficii, iuxta cap. *Quicumque*, §. *Ad hæc*, de Hz: et. in 6. Simile est de muliere, quæ scienter nubit hz: etico iuxta caput *Decreuit*, de Hz: et. in 6. De quo casu videri potest Simancas, titulo nono, numero 77. & sequentibus. Sit ergo regula generalis, *Quoties in præstando hoc fauore hz: etico præstetur cognitio, peccatur mortaliter contra obligationem fidei, habere locum iura, qua de his fautoribus loquuntur, solumque excipi casum, in quo aliquis excusaretur à culpa, vt V. g. si propter grauem metum mortis, vel alium similem cadentem in constantem virum id faceret, quia lex humana non semper obligat cum tanto rigore, & idèd fauor hz: etici tunc, vt hereticus est, non censetur volitus: sed permissus.*

1. Basio.

2.

3.

4.

Antecedunt exempla.

Generalis resolutio.

Dubia 2. circa poenas eorum fautorum tripartito pronuntiato resolutur. 1. Pars.

2. Pars.

ges meritò extenduntur, vt ex iure constat, & ita patet secunda pars. Vt autem explicemus tertiam, dicemus sigillatim de spiritualibus, & temporalibus poenis.

11. Primò ergo sit certum hos fautores esse ipso facto excommunicatos in dicto capite *Excommunicamus*, cum aliis de Hz: et. & in cap. *Nouerit*, de sentent. excommunicat. & in Bulla Cenzæ, vbi etiam Papæ referatur. Circa hanc autem censuram non nulla notanda sunt. Primum est, in rigore esse distinctam ab excommunicatione lata propter hz: etisim, quia fertur propter delictum specie distinctum. Vnde fit, vt si fautor hz: etici sit etiam ipse hz: eticus, duas excommunicationes incurrat, vnam ratione hz: etisim, aliam ratione fauoris: catholicus autem fautor, hanc sine illa incurrit. Ita docet Vgolin. dicto verb. *Receptatores* §. 1. & sequitur Sanci. dicto cap. 10. numer. 7. & ex dictis satis probatum relinquitur. Deinde fit, quod licet hæc excommunicatio sit reservata in eo gradu, & rigore, quo aliz censuræ Bullæ, non tamen cum ea specialitate, cum qua excommunicatio propter hz: etisim, quia nullo iure cauetur, neque in delictis ipsis est æqualitas, & idèd per vniuersalem clausulam concedentem casus Cenzæ comprehenditur hic casus fautoris, licet non comprehendatur casus hz: etisim. Quod obseruauit Henriquez lib. 6. de Pœnit. c. 16. num. 6. & Sanci. lib. 2. c. 12. num. 12. Vltimò obseruandum est, incurrere hanc excommunicationem qui fauet hz: etico sibi cognito etiam non denuntiato, vt notauit dicta disput. 21. sect. 2. num. 9. cuius contrarium postea scripsit Vgolin. supra Paragr. 2. in fine, illum tamen meritò reprehendit Sanci. dicto cap. 10. num. 6. quia hæc censura non fertur propter communicationem cum hz: etico, vt excommunicatus est, sed propter fauorem illi datum vt hz: etico, ad quod est impertinens, quod sit denunciatus: imò etiam quod excommunicatus sit.

12. Præter hæc possunt alia tria circa hanc excommunicationem interrogari. Primum est, an qui fauet hz: etico in re ipsa, vt hereticus est, non tamen ex intentione, neque ex certa scientia, sed ex negligentia, & ignorantia grauitur culpabiliter, incurrat hanc censuram. In quo omisis argumentis, & opinionibus pertinentibus ad generalem questionem similem de omni excommunicatione, respondeo hanc censuram in illo casu non incurri: nam in illo optimè procedit opinio Sanci paulò antea tractata in dubio præcedenti. Item quia probabilis est opinio, quæ absolute docet excusari censuram per ignorantiam culpabilem, quatenus propriam contumaciam excusat. Denique in præsentibus est specialis ratio, qua sicut hoc peccatum sub censura prohibetur, propter quandam participationem hz: etisim; ita vt sit in suo genere consummatum, requirit quandam pertinaciā, quam illa ignorantia excusat: & idèd non incurritur censura, quæ modum peccandi in sua specie consummatum requirit.

13. Secunda interrogatio est, an qui fauet hz: etico, non vero, sed præsumptione iuris, hanc censuram incurrat. Quod dubium attingit Nauarr. consil. 14. de Hz: et. num. 3. loquens in particulari de illo, qui præsumitur hz: eticus, quia per annum in excommunicatione insurdescit, & sentire videtur fauorem eius incurrere hanc excommunicationem. Quod fortasse intellexit, vt etiam significat, in foro exteriori, & ex eadem præsumptione, in quo sensu verum est. Nihilominus tamen existimo, si huiusmodi fautor certus sit, illum reuera non esse hz: eticum, nec permanere in excommunicatione ex animo infideli, sed ex alia proteruitia, vel affectu: quod in conscientia non incurret censuram: nam forum conscientie innititur veritati, non

Quæstio la circa poenam.

Quæstio la circa poenam.

non presumptioni: ille autem verè, & in ipsa non est hereticus: ergo qui illi fauet, verè non est fautor hereticus. Item quia iura ita sunt intelligenda, cum simpliciter loquantur, præsertim cum odia restringenda sint.

14. Tertia interrogatio est, an fautor heretici, quando effectus non obtinetur, incurrat hanc censuram V. g. si defendit hereticum, quantum potuit, ne caperetur, non tamen obtinuit, quia tandem captus est. Hoc dubium attingit Sancius dicto cap. 10. num. 9. & respondet, non incurrare. Fundatur, quia quoties excommunicatio, quæ fertur contra committentes aliquod delictum, extenditur ad mandantes, iuvantes &c. qui mandat, vel iuvat, si effectus non perficitur, non incurrit censuram, vel irregularitatem, vt est vulgare, & communiter receptum in homicidio, & similibus: sed in presenti fautor excommunicatur secundario, & per quandam habitudinem ad heresim: ergo non consequtuo effectum, non incurrit censuram. Contrariam sententiam tenet Sayrus in Theaur. tomo 1. lib. 3. cap. 5. num. 4. & fundatur destruendo præcedentem rationem, negando minorem. Putat enim hanc censuram non esse annexam heresi, sed per se ac principaliter ferri in huiusmodi fautores, vt patet ex modo loquendi iurum in capit. *Sicut ait*, cum similibus de hereticis. Et quauis res videatur dubia, ergo huic posteriori sententiæ adhæreo tanquam probabiliori, & securiori: tum quia magis fauet fidei, & detestatur heresim, quod iura intendunt. Tum etiam quia applicata contraria opinio casibus particularibus, videtur incredibile, & contra praxim. Nam qui non denuntiat hereticum, cum tenetur, excommunicationem incurrit, etiam si alter denuntiet, & consequenter prior non consequtur effectum, & idem est de illo, qui per testimonium falsum hereticum liberare procurauit, & non potuit, quia per alios testes conuictus est. Tum denique quia illa regula, in qua fundatur prima sententia non rectè applicatur, procedit enim quando mandatum, vel auxilium ordinatur ad executionem eiusdem delicti, V. g. homicidij: hic autem non ita est: nam fauor per se non ordinatur, vt alter committat heresim: imò illam supponit, & ad tuitionem hominis iam heretici ordinatur, & ita hoc delictum in suo genere est consummatum, quauis effectus non sequatur. Solutio autem dici hæc prohibitio secundario pertinere ad heresim, quia propter illam præcipue fit, non quia quasi per heresim consummatur delictum, cui annexa est hæc censura. Et idè non rectè in contrarium adducitur doctrina, quam de hac re tradidit dicta disp. 21. sect. 2. num. 8. & 9.

15. Ultra excommunicationem additur alia poena spiritualis, quam hi fautores incurunt, priuantur enim sepultura sacra, & oblationibus, tam passiuè, quam actiuè, id est, ne pro illis offerantur, nec ab illis recipiantur, idque non solum quia excommunicati, sed etiam quia heretici sunt, vt constat ex dicto cap. *Sicut ait*, & cap. *Excommunicamus* 1. §. *Credentes*, de Heret. & ex dicta Bulla Martini V. Item puniuntur priuatione beneficiorum quoad prius habita, non ipso facto, sed per hominem, quod in his certius est, quam in hereticis, vt notauit Couar. 2. Variar. c. 8. n. 4. & Penha in Director. comment. 162. ex dicto §. *Credentes*, & ex cap. *Commisisti*, §. *Præiudici*, de Heret. in 6. Quoad beneficia verò postea obtemperata ipso facto fit priuatio, quia sunt inhabiles ipso iure, & consequenter fuit irrita receptio, vt iidem auctores notant ex capite 2. Paragr. *Heretici*, de Heret. in 6. Præterea etiam iidem fautores sunt infames ipso iure, non tamen eodem modo, quo heretici, sed cum hac limitatione, si per annum obdurescant, & tunc etiam sunt infames, & inapaces ad multa, vt videlicet in dicto Paragr.

Credentes. Aliæ verò confiscationis poenæ, & mortis per se in his non habent locum, nisi in casu, in quo tanquam heretici relapsi habeantur, de quo dicam in sectione sequenti. In ceteris verò arbitrariè puniuntur temporaliter, vel corporaliter, vt ex dictis iuribus, & præsertim ex c. *Accusatus* intelligi potest.

SECTION II.

Verum suspecti de heresi penas hereticorum incurrant.

DE his suspectis tractant iura superius citata, & ibi communiter Doctores, & Eymericus in Director. 2. q. 55. & sequentibus, & ibi Penha commentar. 18. & sequentibus, Carrelius tractat. de Heret. à numero 116. Repertorium verb. *Suspectus*, & ibi Mandosius, & latius Simancas in institutione tit. 50. qui alios referunt: tamen quæ tractant, ad forum externum maximè pertinent, quia suspicio, seu præsumptio in illo tantum fit, vt sæpe dixi, ideoque nos breuissimè rem hanc expediemus. Adversus ergo suspicionem, vel dubitationem esse, quæ per sola indicia, sine sufficienti, & expresso testimonio, vel sensu, de aliquo concipitur, vt attingit D. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 4. quando ergo aliquis in suspicionem suæ fidei per sola indicia venit, suspectus dicitur. Distinguitur autem in hac materia triplex suspicio: scilicet, levis, seu modica: grauis, seu vehemens: & violenta. Prima est, quæ procedit ex indicij, quæ aliquando, sed raro concludunt, vt contrahere secundas nuptias viuentis prima, inducit leuem suspicionem, & sic de aliis: vehemens est, quæ procedit ex indicij efficacibus, licet interdum deficiant, vt sunt facere actus damnatæ sectæ, vel heresis, habere pactum cum demone, &c. Violenta suspicio est, quæ moraliter æquiualeat sufficienti probationi, & præsertim quando fundatur in iure, & inducit præsumptionem, quam vocant iuris, & de iure, contra quam raro, aut nunquam admittitur probatio. Quia verò quilibet istarum suspicionum potest in re ipsa, & apud Deum non esse conformis veritati, ideo aliter loquendum est de his suspectis in foro conscientie, quod veritati nititur, & aliter in foro externo, quod non de occultis, sed de his, quæ exterius apparent, iudicat.

2. Dico ergo primò. Quando aliquis reuera est innocens apud Deum quoad culpam heresis, quia illam interius non admisit, quantumcunque exterius sit de illa suspectus, nullas penas hereticorum in conscientia incurrit. Probatur, quia ille reuera non est hereticus, & hoc confirmant, quæ supra terigimus disputatione 14. sect. 6. num. 4. de heretico merè exteriori, de quo diximus non incurrire penas, si scilicet id faciat, quia non est verè hereticus: nullus enim potest esse magis suspectus apud homines, quam ille: ergo idem dicendum est de quocunque alio sic suspecto. Intelligendum est autem de poenis propriis hereticorum, vel de suspicionis præteritis, vt suspicio est: nam si suspicio fundetur in alio crimine prohibito sub propriis poenis, incurrentur illæ poenæ, vt verbi gratia si sit fauor, vel aliquid simile, incurrit enim excommunicationem fautoris, non verò heretici, & sic de cæteris poenis. Solum potest dubitari de irregularitate, quæ non semper requirit culpam. Dicendum est autem: si suspicio sit magna, & publica: consequenter inducere infamiam, & tunc ob indecentiam posse irregularitatem contrahi, non ratione delicti, sed ratione infamie, vt dixi in tom. 5. disp. 43. sect. 2. num. 8. & 9. & sequitur Sanchez lib. 2. cap. 25. num. 10. Vnde fit, vt purgata suspicione, & consequenter ablata etiam infamia, consequenter cesset irregularitas. Et idè dixit Nauarr. conf. 18. & 19. de Heretie. per abiurationem heresis purgari, & tolli hanc irregularitatem.

suspicio

timus ergo

suspicionem

vel dubitationem

esse, quæ

per sola indicia

sine sufficienti

& expresso testimo-

nio, vel sensu,

de aliquo concipitur,

vt attingit D.

Thom. 2. 2. quæst.

60. art. 4. quando

ergo aliquis in

suspicionem suæ fidei

per sola indicia

venit, suspectus

dicitur. Distinguitur

autem in hac materia

triplex suspicio:

scilicet, levis, seu

modica: grauis, seu

vehemens: & violenta.

Prima est, quæ

procedit ex indicij,

quæ aliquando, sed

raro concludunt, vt

contrahere secundas

nuptias viuentis

prima, inducit leuem

suspicionem, & sic

de aliis: vehemens

est, quæ procedit

ex indicij efficacibus,

licet interdum deficiant,

vt sunt facere actus

damnatæ sectæ, vel

heresis, habere pactum

cum demone, &c.

Violenta suspicio

est, quæ moraliter

æquiualeat sufficienti

probationi, & præsertim

quando fundatur in

iure, & inducit præsumptionem,

quam vocant iuris, &

de iure, contra quam

raro, aut nunquam

admittitur probatio.

Quia verò quilibet

istarum suspicionum

potest in re ipsa, &

apud Deum non esse

conformis veritati,

ideo aliter loquendum

est de his suspectis

in foro conscientie,

quod veritati nititur,

& aliter in foro

externo, quod non

de occultis, sed

de his, quæ exterius

apparent, iudicat.

2. Dico ergo primò.

Quando aliquis reuera

est innocens apud Deum

quoad culpam heresis,

quia illam interius

non admisit, quantumcunque

exterius sit de illa suspectus,

nullas penas hereticorum

in conscientia incurrit.

Probatur, quia ille reuera

non est hereticus, & hoc confirmant,

quæ supra terigimus disputatione

14. sect. 6. num. 4. de heretico

merè exteriori, de quo diximus

non incurrire penas, si scilicet

id faciat, quia non est verè

hereticus: nullus enim potest

esse magis suspectus apud

homines, quam ille: ergo idem

dicendum est de quocunque

alio sic suspecto. Intelligendum

est autem de poenis propriis

hereticorum, vel de suspicionis

præteritis, vt suspicio est: nam

si suspicio fundetur in alio

crimine prohibito sub propriis

poenis, incurrentur illæ poenæ,

vt verbi gratia si sit fauor,

vel aliquid simile, incurrit enim

excommunicationem fautoris,

non verò heretici, & sic de

cæteris poenis. Solum potest

dubitari de irregularitate, quæ

non semper requirit culpam.

Dicendum est autem: si

suspicio sit magna, & publica:

consequenter inducere infamiam,

& tunc ob indecentiam posse

irregularitatem contrahi, non

ratione delicti, sed ratione

infamie, vt dixi in tom. 5.

disp. 43. sect. 2. num. 8. &

9. & sequitur Sanchez lib. 2.

cap. 25. num. 10. Vnde fit,

vt purgata suspicione, &

consequenter ablata etiam

infamia, consequenter cesset

irregularitas. Et idè dixit

Nauarr. conf. 18. & 19. de

Heretie. per abiurationem

heresis purgari, & tolli hanc

irregularitatem.

gularitatem, quod etiam sentit Sancius supra numero 12.

2. Affect de suspicionem vera in le, quoad nos autem in sufficiente. Probat. Hæresis signum in se sufficiens, quoad nos insufficiente quia non probatur. Aut quia est æquiuocum.

3. Dico secundò. Qui est vehementer suspectus de hæresi, quanuis de illa conuinci non possit, si re vera interius talis est, regulariter loquendo, incurrit in conscientia poenas hereticorum. Probat, quia ille est verus hæreticus interius, & regulariter loquendo, non fit exterius vehementer suspectus, nisi per signa, vel actiones externas de se sufficienter ostendentes hæresim: ergo in re ipsa est hæreticus externus, licet non sufficienter cognoscatur iuxta superius dicta. Vnde considerandum est, aliquando posse aliquem dici in foro externo sic suspectum, solum ex defectu probationis, licet actus sufficienter ostendant hæresim, & tunc est clara conclusio, quia illa est hæresis occulta per accidens, per quam incurritur poena. Aliquando verò potest hæc suspicio oriri ex aliqua ambiguitate, vel æquiuocatione signorum, vel actionum, de quibus, vel reus conuincitur, vel ipse ea confitetur, negat tamen se ea dixisse, vel fecisse animo hæretico. Tunc enim licet fortasse non damnetur, vt conuictus propter aliquas coniecturas facientes verisimilem illum animum internum non hæreticum: nihilominus si re vera ille deliquit ex hæresi interna, non effugiet in conscientia poenas hereticorum, si alioqui signum externum sit sufficiens ad manifestandam hæresim, & solum incertum propter ambiguitatem, vel multiplicem significationem eiusdem verbi, seu actionis, vt supra dixi, tractando de hæresi externa.

3. Affect. bipartita de suspicionem reu leui, & vehementi.

4. Dico tertio. Suspectus de hæresi, & non conuictus, in externo foro non punitur ordinaria poena hereticorum; potest tamen pro ratione suspensionis aliqua proportionata poena iuste puniri. Hæc assertio procedit in suspicionem leui, & in vehementi: nam de violenta iam diximus inducere sufficientem probationem, nisi purgetur, vel ex circumstantiis ita minuatur, vt iam non violenta, sed vehemens abiuratio, scilicet, de leui, & de vehementi: in suspicionem igitur leui manifesta est prima pars assertio: imò etiam de vehementi dicunt aliqui non sufficere ad procedendum in foro externo contra sic suspectum, vel incarcerando illum, vel inquirendo contra illum, aut interrogando illum. Ita docet Simancas supra numerum 19. & sequitur Penha 2 part. commentar. 12. licet Carrerius, & alij, quos referunt, teneant contrarium. Existimo tamen, negotium esse prudeniale: nam si suspicio leui procedat ex delicto graui, ratione delicti sufficere poterit ad capturam, &c. Et ita in his videamus fieri abiurationem de leui, vt si legit librum hæreticum, vel secundò nupit, &c. Quando verò nullum processit tale delictum, id est, nisi causa graui, & prudens aliud postulet, vt Simancas etiam dixit.

5. Assertio ergo maximè procedit in suspicionem vehementi, & ita prior pars est indubitata ex principio vulgatissimo iuris, quod nemo punitur ordinaria poena, nisi confessus, vel conuictus. Et hac ratione nunquam talis suspectus traditur curiæ seculari, nisi se ostendat contumacem, & nolit abiurare, vel purgationem admittere, neque Ecclesiæ satisfacere: tunc enim pro conuicto habetur, quia suspicio vehemens in violentam transit, & ita statuitur in Capite. Ad abolendam, extra de Hæretic. & Cap. Accusatus, & Cap. Cum contumacia, eodem tit. in 6. Eteadem ratione contra suspectum post mortem eius non agitur, sed omnis suspicio, quantumuis vehemens, morte extinguitur, vt dixit Simancas titulo 18. numero 13. & titulo 46. numero 76. & Penha 3. parte Comment. 92. & 169. Quod intelligendum est in vi suspensionis, nam si fundetur in delicto, ratio-

ne delicti aliquando agi poterit, vt si sit fautor iuxta Cap. Accusatus. Porro, & tradit Penha supra, & Simancas titulo 4. numero 5. Rojas singular. 134. num. 12. Atq; hinc etiam fit, vt isti suspecti, etiam si vt tales puniantur, non priuentur beneficiis antea obtentis. Ita docent Penha Commentar. 162. 3. part. & Simancas cap. 26. numero 14. Et ratio est, quia illa est vna ex ordinariis poenis hereticorum, & non est specialiter imposita illis, qui de sola suspicionem damnantur.

6. An verò super suspensionem facti sint inhabiles ad recipienda beneficia, & idèd priuandi sint, vel potius sint ipso iure priuati beneficiis post suspensionem acceptis: dicendum est, si tanta fuit suspicio, & tam vehemens, & publica, vt ad inducendam irregularitatem fuerit sufficiens, tunc etiam incurritur dictam inhabilitatem, quia hæc irregularitatem consequitur. Si verò suspicio non inducit irregularitatem, neq; dictam inhabilitatem inducit, quia id nullo iure cauetur. Et ob eandem rationem suspectus non priuatur bonis, nisi fiat contumax, deficiendo in purgatione canonica, de quo videri potest Simancas titulo 9. numero 16. Denique propter eandem causam eiusmodi suspecti non puniuntur carcere perpetuo, seu non immurantur, nec crucibus signantur. De quo videri potest Eymercius 3. parte, numero 172. & 161. Penha Commentar. 41. in fine. Atque ita manet probata altera pars assertio de poena arbitraria, quia pro suspectis nulla est specialis poena hereticorum, ergo necesse est vt prudenti arbitrio iudicis puniantur. Et vix potuit aliter fieri, quia suspicio non est vna in omnibus, sed maior, & minor esse potest, & ideo etiam poenam variabilem esse necesse est. Et fortasse ob hanc causam in Clementina 1. Paragr. Verum, de Hæretic. specialiter iniungitur Inquisitoribus, vt contra hos suspectos iuste, & rectè procedant, imponenturque eis poena, si in hoc deficiant.

7. Solum superest explicare, an ille, qui prius solemniter abiurauit hæresim, & postea iterum damnatur, vt vehementer de illa suspectus, tantum relapsus iudicandus sit. Potest autem duplex esse præcedens abiuratio. Vna est tantum de vehementi, alia est de hæresi, de qua quis conuictus est, vel confessus. Quando præcessit abiuratio tantum de vehementi, subsequens suspicio similis sine dubio, non sufficit ad relapsum, quia in neutro casu hæresis est sufficienter probata. Et ideo in cap. Accusatus Paragr. 116, de Hæretic. in 6. dicitur, ad relapsum necessarium esse, vt de hæresi confiteretur, vel confiteretur, vt postea quis damnetur vt relapsus; sed in eo casu non constat, nec constitit de hæresi, sed tantum de suspicionem eius: ergo in eo casu non debet aliquis iudicari relapsus. Vnde etiam obiter colligitur, fautorem eius, qui solum fuit damnatus, vt suspectus de vehementi, non fieri relapsum: quia simpliciter non est fautor hæretici, de quo constitit: imò ille talis fautor nec censuram propriam fautoris hereticorum incurrit, vt dixi in tomo 5. disput. 21. sect. 2. numero 14. & sequitur Sanci. dicto cap. 1. num. 14. & sentit Nauarr. in cap. 27. Summæ num. 55. At verò quando præcessit abiuratio heresis sufficienter probata, & sequitur vehemens suspicio, res videtur dubia, quia si præcedat abiuratio de vehementi, & postea quis damnetur, vt conuictus de hæresi relapsus est, vt est expressum in iure, prout supra allegatum est: ergo idem erit, si contingat ordine commutato, & iuuat dictus Paragr. 116. Vbi prius conuictus de hæresi, quam abiurauit, si postea probetur fautor hereticorum, relapsus iudicatur, cum tamen fautor non sit hæreticus, sed suspectus de hæresi. Nihilominus distinguendum censet: nam in suspecto duo considerari possunt, vnum est sola suspicio: aliud est crimen aliquod, in quo fundatur suspicio. Dico ergo propter solam suspicio-

Dubium de suspectis de facto titum.

De 2. parte assertio, quoad vnum, que suspensionem.

An debeat suspensus vehementer de hæresi iterum abiurare si relapsus.

1. Causa in hoc dubio.

Constitutio pro fautoribus hereticorum.

nam, ut sic, non fieri aliquem relapsum. Probat, quia non sufficiens conuincitur de secundo lapsu: ergo nec de relapsu: ergo non potest puniri ordinaria pena relapsi. In quo est magna differentia inter hunc, & illum, qui conuincitur de secundo lapsu. At verò ratione delicti, in quo fundatur suspicio, potest quis damnari, ut relapsus, quando, & de illo delicto conuincitur, & talis pena in eo casu est iure statuta, & ita procedit, quod de fautore allegauimus.

SECTIO III.

Vtrum pena hereticorum in eorum filios, vel nepotes redundent.

Notatio du-
plicitatis
redundandi.

De positi-
onis quæ-
sitione
notatio.

Supponi-
tur.

Supponi-
tur.

Supponi-
tur.

DVobis modis possunt hæc pœnæ redundare in filios. Primò quasi ex natura rei per quandam necessariam consecutionem, & hoc in dispositionem non venit, quia est quid facti, non iuris, & quia evidens est, filios in egestate constitui propter penam confiscationis illam parentibus, & contrahere infamiam facti, propter publicam Patris ignominiam. Alio ergo modo communicatur filio pena propter hæresim Patris directè, & ex speciali iuris dispositione, & in hoc sensu tractatur quæstio, quæ potest esse, & de potestate sic puniendi filios, & de facto. De priori parte nihil hic dicam, quia in superioribus tacta est. agendo de confiscatione, ibi enim diximus, iuste posse Patrem puniri in filio tanquam in re sua, vel filium posse puniri ob crimen Patris propter illius grauitatem, & ad terrorem reipublicæ, & tam parentum, quam filiorum. Quod tamen intelligendum est non indifferenter de omni pœna, sed ciuili, & accommodata hominibus, & potestati humane, vt bene notauit, hanc quæstionem latius prosequens Castro libro 2. de Iusta Hæresis. punit. ca. 9. & Simancas titulo 29. toto, & alij infra citandi. Solum ergo est quæstio de facto, id est, quomodo Ecclesia hos filios puniat.

2. In quo puncto supponimus primò, hos filios non incurrere pœnas, quæ in ipsamet personâ peccatum supponunt, vt sunt propriæ censuræ. Agimus enim de filiis innoxiiis, qui sine vlla participatione criminis penam sentiunt. Et sic ex res euident, quia talis pœna non potest esse sine propria causa eius: hæc autem est propria culpa eius, qui punitur. Videatur Dinius Thomas 2. 2. quæst. 108. articulo 4. ad 1. Secundò suppono, hos filios non incurrere, nec posse puniri pœna mortis, quia hoc excedit potestatem humanam, iuxta illud Deuteronomij 4. Non occidetur filius pro patre. Imò idem dicendum est de aliis pœnis corporalibus, tum quia corpus filij non est simpliciter sub dominio parentis, ita vt possit illud mutilare, aut sine causa verberare, tum etiam quia illud esset nimis inhumanum, & idè in nulla republica benè instituta id factum fuit, vt Simancas supra benè ostendit. Tertio suppono non puniri filium propter hæresim patris in bonis temporalibus, quæ erant propria eius, tempore delicti, vt supra tractando de confiscatione probatum est, & idem à fortiori procedit de bonis, quæ filius post crimen patris acquisiuit, quia propter illud non fuit factus inhabilis ad acquirendum, nec magis meretur illorum bonorum, quam priorum priuationem. Et hæc omnia sunt consentanea benignitati Ecclesiæ, idè nihil his contrarium in iure dispositum inuenitur. Difficultates autem quædam de maioratibus, quæ hic occurrere poterant, non sunt nostri instituti, sed ad forum merè externum pertinent, potest tamen videri Saneius libro 2. cap. 30. quia plures alios allegat. Solum ergo imponitur his filiis aliquæ pœnæ, quæ consistunt in priuatione communium bonorum, & utilitatem reipublicæ respiciunt, de quibus dicendum superest.

Suarez de Spe.

norum, & utilitatem reipublicæ respiciunt, de quibus dicendum superest.

3. Dicendum est ergo primò, filios hereticorum fieri irregulares, idemque dicendum esse de nepotibus tantum in secundo gradu, & per lineam masculinam. De hac irregularitate dubitarunt aliqui quia non videtur sub propria voce expressa in iure inueniri. Sed nihilominus assertio certa est, & communis, vt dixi in tomo quinto, disputat. 43. sect. 3. tenetque Simancas dicto titulo 29. num. 17. latè Saneius plures referens dicto libro 2. cap. 28. Fundamentum sumitur ex cap. 2. §. Heretici in 6. vbi isti prohibentur assumi ad officia publica, inter quæ præcipua sunt clericorum officia, & ita sub illa voce, irregularitas comprehenditur, & ita illam consuetudo interpretatur, & Simancas num. 14. refert instructionem Hispanensem de hac re. Idem cauetur in cap. Statutum 2. de Hereticis in 6. Ex quo sumpta est secunda pars assertionis: nam ibi declaratur, solos filios, & nepotes ex eisdem filiis in sexu masculino contrahere hanc pœnam. Vnde filius seu nepos ex filia non contrahit hanc irregularitatem, nec transcendit secundum gradum. Ratio est, quia ita in iure dispositum est: congruenti autem videri possunt in citatis locis. Additur etiam in eodem textu, hoc esse intelligendum tantum de filiis illorum hereticorum, qui impenitentes moriuntur, sub quibus comprehenduntur omnes, qui pœna ignis afficiuntur, vt est communis sententia. Denique in eisdem iuribus extenditur hæc irregularitas ad filios fautorum, & similibus, quod sub eadem limitatione intelligendum est, scilicet, si parentes contumaces decedant, & Ecclesia non satisfaciant: nam illa iura in hoc etiam de omnibus loquuntur, & ratio in istis quodammodo maior est. Quæ omnia explicui latius in loco allegato, & copiosius Saneius supra. Et videri etiam possunt Bulla Alexandri IV. quæ incipit: Quod super, & Bulla Honorij IV. Exhibita, quæ in fine Directorij habentur.

4. Dico secundò. Eorundem hereticorum, & fautorum iidem filij ad beneficia Ecclesiastica recipienda incapaces redduntur. Ita sancitum est dictis iuribus. Sed difficultas est, an hæc incapacitas tanta sit, vt collatio sit nulla, & ideo sint ipso iure talibus beneficiis priuati. Partem negantem tenet Simancas supra numero 20. & sequitur Penha 3. parte Director. Commentar. 163. Contrarium verò existimo, vt in dicta sect. 3. dixi, & sequitur Saneius allegando plures dicto cap. 28. numero 23. quia eodem modo sunt incapaces officij, & beneficij Ecclesiastici: ergo sicut irregularitate incurrunt ipso iure, ita & hanc incapacitatem: vbi autem est incapacitas, consequenter est nullitas in reptione. Item isti sunt irregulares, vt dictum est: irregularitas autem est impedimentum irritans collationem: ergo isti priuati sunt ipso iure talibus beneficiis, & non solum priuandi veniunt. Addendumque est, sub beneficio comprehenditur pensionem, quia vt ibi Glossa notat, in fauorem fidei, & detestationem hæresis vox beneficium latè interpretanda est: Quod etiam docuit Gigas de Pensionibus q. 94. n. 7.

5. Sed quæres, ex quo tempore incurrunt hi filij hanc incapacitatem (idemque de irregularitate interrogari potest) an à die criminis paterni, vel tantum à die condemnationis. Dicendum verò est, nec crimen sufficere, si sit occultum, nec condemnationem esse necessariam, si sit notorium. Itaque ex quo crimen est publicum, vel factum, vel iure, hoc impedimentum contrahitur, quia in dicto cap. Statutum, ita declaratur, vt notauimus etiam in dicta sectione 2. & sequitur Saneius supra. Denique interrogari potest, quid dicendum sit de beneficiis antea obtentis, de quibus certum est, non amitti ipso facto.

H h

cto.

1. Assertio, de pœna irregularitatis.

Probatur ex iure.

Hinc pœna extenditur ad filios fautorum.

2. Assertio, de pœna inhabilitatis ad beneficium.

Non ponitur ipso facto putant Simancas, & Penha: Affirmant Saneius cum auctore.

Idem de pensionibus.

Dubium vnum.

Dubium alterum.

cto. Dicendum autem est, an per sententiam sint auferenda, id enim affirmant Simancas, & Penha supra ex capite. *Commissi* de Hereticis in 6. Sed contrarium verum esse credo, quia in dicto §. *Heretici*, isti solum prohibentur recipere beneficia, vel ne de illis provideantur, aut de illa admittantur, non tamen precipiuntur priuari beneficiis iam habitis. Et ita dixi in dicta sect. cum Couarruuias & Variar. capit. 8. num. 4. & sequitur, ac late confirmat Saneius supra.

3. Assertio de pœnâ inhabilit. ad officia publica.

6. Dico tertio, Isti filij eorundem hereticorum, fautorum, &c. redduntur inhabiles ad omnia officia publica non tantum Ecclesiastica, sed etiam secularia, quod cum eisdem declarationibus, ac limitationibus in præcedentibus assertionibus positis intelligendum est. Eodem enim modo statuitur in dicto §. *Heretici*, & dicto capite. *Statutum*, & idem disposuerunt Clemens IV. Alexander IV. & Innocentius I V. in quadam Bulla, quæ incipit, *Ad extirpanda*, in fine Directorij pagina mihi 6. & videntur his verbis. *Ad nullum officium, vel consilium*, quod intelligo de consilio publico, id est, de congregatione, quæ ad negotia publica tractanda cogitur. Idem disposuerat Fridericus Imperator in l. *Commissi* ubi addit *Officiis & honoribus*, quod etiam repetit in quadam lege *Paternorum*, quia isti, etiam ad dignitates publicas admittendi non sunt. Nihilominus tamen iuxta communem declarationem hi non priuantur iure eligendi, quia illud non reputatur officium publicum, ut notat Simancas num. 19. cum Abbate, & Cardinali in cap. *Excommunicamus*. 2. §. *Credentes*, Dominico & Friderico de Senis in dicto §. *Heretici*.

Ultima assertio probatur.

7. Dico ultimo, nullas alias ex his pœnis priuatiuis huiusmodi hereticorum filijs impositas esse. Probatur, quia sub allegatis verbis dictorum iurium, non includuntur plures, & in particulari, ac in specie inveniuntur alie in iure impositæ. Decla-

raturq; breuiter nonnullis exemplis. Primum est de pœna infamiz: nam aliqui putant filios hereticorum fieri infames infamia iuris, quia hæc pœna imponitur in crimine læsæ maiestatis humanæ: L. *Quisquis* §. *Filii vero C. ad legem Iuliam Maiestatis*, & ita tenet Simancas titulo 9. num. 269. & titulus 29. num. 14. Castro, & Couarruuias supra, & Antonius Gomez in l. 4. *Tauri* num. 91. Farinacius citat. quæst. 182. num. 43. Sed nihilominus contrarium sentio verum iuxta regulam positam. Et ita docui tomo 5. disputat. 48. sect. 3. Et sequitur Saneius dicto capite. 28. quæst. 1. quia argumentum à simili in lege pœnali est inualidum, sed necessarium est ius, quod propter similitudinem idem disponat, hoc autem ius in præfenti non inuenitur, nam infamia iuris plures habet effectus, quæ sub priuatione officiorum, aut beneficiorum non comprehenduntur, & specialiter pondero, quod in capite. *Excommunicamus*, ipsi fautores non sunt infames, nisi post unius anni contumaciam, ut latius videri potest ex iure, & doctoribus apud Farinacium citat. quæst. 182. à num. 39. ergo multo minus innocentes filij infames fient. Secundo ex eadem assertionem sequitur, istos filios non amittere nobilitatem, nec antiqua privilegia eius, quæ à primogenitoribus habet, ut rectè Simancas supra num. 18. quia nullibi hoc dispositum est. Tercio sequitur, non fieri intestabiles, nec incapaces successionis, seu hereditatis ex testamento, vel ab intestato avorum, vel aliorum quorumcunque extraneorum, quia nullibi etiam hæc pœna illis imponitur: nam quod parentibus non succedant, ex sola necessaria consequutione fit, non ex propria pœna, ut initio huius sectionis diximus. Quæ duo puncta late tractat Saneius libro secundo capite vigesimo nono. Nec de his pœnis deque vniuersa hac tractatione aliud pro nunc dicendum occurrat.

F I N I S.



TRACTA